



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Quo jure sint Ufuræ prohibitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ubi lucrum præcisè ratione mutui ex pacto quaeritur.

§. II.

Quo jure sine Usura prohibita.

R Usuras lucrarias, quæ propriè usuræ dicuntur, siue formales illæ & expressæ sint, siue palliatæ & virtuales, omni jure tam naturali, quàm positivo, tam Divino, quàm humano prohibitas esse, juxta illud *Luce 6. mutuum date, nihil inde sperantes; & juxta plurimos SS. Canonum textus, ac ipsam rationem naturalem, quæ contra justitiam commutativam, in hoc lucro exigendo, & accipiendo peccati, clarè ostendit. Et quavis sint, qui velint, certas usuras à jure civili permissas esse, melius tamen dicunt alij, Leges tales civiles, ad majora mala cavenda, permittere avaritiæ hominum, certas usuras (prout hodie pro 100. permittuntur 5. floreni, quamvis lucrum hoc 5. florenor. ù florenorum, propriè loquendo usura non sit) à jure Canonico correctas esse, in quantum talium usurarum exactio peccatum continet. Neque dici potest, quòd volenti & consentienti non fiat injuria, ergo nec usuras solventi, cum volens consentiens sit, à illas solventas. Transeat enim axioma illud antecedentis, si sponte, liberè ac simpliciter consentiens talis sit, negatur autem si coactus quasi, & invitus est, sicuti est solvens usuras, nunquam has soluturus, si mutuum sine usuris habere possit.*



§. III.

An Usura licitè possint exigi, & accipi, ob favorem pæ causa, vel aliud opus bonum, saltem dispensativè?

R Negativè, prout sumitur ex *6. super eo 4. h. 2.* cùm usurarum crimen, ut ait Pontifex, utroque testamento, novo & veteri, prohibitum sit, in quo dispensari non potest, neque facienda mala sint, ut eveniant bona, aut auferendum divitibus aliquid, ut detur pauperibus &c. & hinc non possunt Principes supremi facere licitas usuras (quæ amvis pœnam usurarijs subeundam remittere possint) si v. g. à Judæis pecunia mutuo accipitur, aut illis datur; quod enim jure naturali prohibitum est, non potest positivâ Principis voluntate, licitum fieri.

§. IV.

Utrum dominium usurarum transferatur in Usurarium?

Qua in re certum est, si solvens usuras non habeat voluntatem dominium usurarum transferendi in usurarium, quòd usurarum talium non fiat Dominus usurarius, ob defectum scilicet voluntatis transferendi dominium (prout facere potest solvens usuras, non ut transferat dominium, sed ut exterius fidem datam servet) nisi res tales usurariæ in pondere, mensura, aut numero consistentes cum rebus suis ejusdem qualitatis commiscuisset usurarius, ubi dominium talium usurarum acquireret usurarius titulo permixtionis. Si tamen

Fff ff 2

ab